



17
18.
19.
20.
21.
22
23
24.



1710.

16. Heykin, Fr. Samuel: De causis juramentorum supplementum respectu

Liber.

17. Heykin, Fr. Samuel: De absolutio per sententiam injuriam et
effectus civiles non obligatio 2 Bucht. 1706 & 1745

18. Heykin, Fr. Samuel: De mora iudicis

19. Heykin, Fr. Samuel: De solo non promissa, non praestanda

3 Bucht. 1710 & 1742

20. Heykin, Fr. Samuel: De natura sponsationum et iurisdictione

2 Bucht. 1710 & 1738.

21. Heykin, Fr. Samuel: De origine et usu jurisdictionis eccle-

siasticae.

22. Heykin, Fr. Samuel: De cauteis circa quantitates

in controversiis in processu civili observandis

23. Heykin, Fr. Samuel: De praescriptione ^{corp} rerum ~~per~~ male
establarum secundum statuta Hamburgensia.

24. Heykin, Fr. Samuel: De qualitate et jure personarum

matrimoniorum contractuum

- 25^{te} Skrykius, Jo. Summt: De officio principis circa
scandala.
- 25^{te} Skrykius Joanes Sumel: De officio principis circa
scandala. 1 A. 2. 1717.
26. Thomarius, Christianus: Fac. jus ordinarius: Caput de
legem juventuti lectiones publicas . . . et privatae . . .
indicit
- 27^{te} Thomarius, Christianus: De natura peccati juridicorum.
3 Sept. 1700: 1726.
- 28^{te} Thomarius, Christianus: De originibus feudatibus
- 28^{te} Thomarus, Christianus: De originibus feudatibus.
Alci. 1749.
- 29^{te} Thomarius, Christianus: De felonia domini. 2 Sept.

17

a

DISSECTATIO ANATOMICA MEDICA

FEBRILECTICA

ANATOMIA

DE

WILHELMO WILHELMO

STIHL

Compendium



[Faint, illegible handwriting in a cursive script, likely a list or index of names and titles.]

FI
A

S
DN.
PRI
D

DN.
MED.
AC

DN. F

Summi



B. C. D.

1710 18

52

DISSERTATIO IVRIDICA IN AVGVRALIS
De

MORA IVDICIS,

Quam

RECTORE MAGNIFICENTISSIMO,
SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO,
DN. PHILIPPO WILHELMO,
PRINCIPE BORVSSIÆ, DVCAT. MAGD.
VICARIO, ET RELIQVA,

52

EX DECRETO ILLVSTRIS ICTORVM ORDINIS
PRAESIDE

DN. IO. SAMVELE STRYKIO, IC.
SERENISS. VIDVAE SAXO-ISEN. CONSIL. AVL.
PROF. IVR. PVBL. ET ORD. ICT. h. t. DECANO,

PRO LICENTIA,

SVM MOS IN VTROQVE IVRE HONORES
ET DOCTORALIA PRIVILEGIA RITE CAPESSENDI

D. IV. Julii A. R. S. MDCCX,

placida eruditorum disquisitioni submittit

FRIEDLIEB GOTTFRIED BRAND,
Cothen, Anhalt.

HALAE MAGDEBVRGICAE
LITTERIS SALSFIELDIANIS.





I. N. I.

DISSERTATIONIS IVRIDICAE
INAUGVRALIS

De

MORA IVDICIS,

CAPVT I.

De

MORA IVDICIS IN GENERE.

§. I.



Constitutionem iudiciorum, in hac re-
rum humanarum conditione, in
rebus publicis bene ordinatis, non
solum valde vtilem, sed & maxime
necessariam esse, nemo forte erit,
qui in dubium vocare audeat. Deprauato quippe
vniuerso genere humano, per tristissimum primorum
parentum lapsum, tanta peruersitas mortalium inuasit
animos, vt pauci admodum vitam rationi & voluntati
creatoris conuenientem degant; plerique autem alios
opprimere, bonaue eorum, vel vi externa, vel clande-
stinis machinationibus, illicito modo, sibi acquirere
Necessitas &
utilitas iudici-
orum & iudis
cum.

A 2

alla-

allaborent, vt saepe etiam necistis, cum quibus arctissimo sanguinis vinculo coniuncti sunt, parcant. Proinde ipsa quoque æquitatis ratio postulauit, vt, infirmiores aduersus iniquas potentiorum aggressiones defendantur, & hominibus candidis aduersus dolosas callidorum machinationes subueniatur, ne illi ex probitate sua damnum sentiant, hi vero ex prauis affectibus suis lucrum aliquod illicitum capiant. Hunc in finem constituta sunt iudicia, vt homines, quantum fieri possit, arcerentur, ne priuata auctoritate sibi ius dicant, atque adeo occasio ad arma deueniendi & maiores tumultus in republica excitandi, præfcindatur; ex qua causa in iure quoque Romano, & quidem *l. extat 13. ff. quod met: § l. si quis in tantam 7. C. vnde vi*, saluberrime constitutum, vt is, qui rem suam absque iussu iudicis priuata auctoritate rapit, vel debitum extorquet, rem amittat, & iure suo plene excidat. Hinc necessum erat, viros quosdam publica autoritate constituere, qui iudiciis præfint & de controuersis secundum normam iuris iustitiæque iudicent, iustaq; earum decisione finem litibus imponant. Ita vt ad eos non solum boni, tanquam ad sacram anchoram, confugere possint, sed & mali, propter penas, quæ ipsos expectant, ab illicitis factis dererreatur, & in ordinem redigantur.

Iudicis qualitates.

§. II. Cum autem hoc negotium maximi sit momenti, atque ad eiusmodi officium recte sustinendum non vnusquisque capax sit, vtpote vbi oportet malitiis obicem ponere, totque argutiis & fraudulentis machinationibus resistere, facile consequitur, magnam

magnam in eiusmodi persona requiri non modo eruditionem, sed & prudentiam, constansque & perpetuum propositum ius suum cuique tribuendi *pr. Inst. de Just. & Jure*, atque vt, ab omnibus vitiis alienus, exemplar potius omnium virtutum præstet, Conf. *L. 6. C. ad L. Jul. Repet. L. 1. C. de officio mag. offic.* Gabriel Alvarez de Velasco *Tract. de iudice perfecto Rubr. I. Ann. 1. n. 1. seqq.* Iustitiam enim semper ob oculos habere debet, cuius sacerdos in iure appellatur, *l. 1. ff. de Iustit. & Jure*. nec vnquam ab illa vel metu, vel amicitia, vel donis, vel vllis prauis affectibus, se abduci patiatur, vid. Dn. Ziegl. *in Dicast. seu de Offic. Jud.* Hinc ipsius officio conuenit, partes beneuole audire, non excandescere, sed id attendere, vt in causarum processibus nil vendicet odium, vel fauor vsurpet, timor exulet, præmium aut expectatio præmii iustitiam non euertat, sed stateram gestet in manibus, lances appendat æquo libramine, vt in omnibus, quæ in causa agenda fuerint, præsertim in concipiendis sententiis, præ oculis solummodo habeat Deum *cap. 1. de sententia & re iudicat. in VI.* Breuibus qualitates iudicis exprimit A. Gellius *in Noct. Att. l. 1. c. 4.* his verbis: *iudicem, qui iustitia antistes est, oportet esse gravem, sanctum, seuerum, incorruptum, inadulabilem, contraq; improbos nocentesq; immisericordem atque inexorabilem, erectum, & arduum, ac potentem vi, & maiestate æquitatis veritatisque terrificum.* Conferatur etiam *Exod. XVIII. 21. Deut. I. 13. 2. Paral. XIX. 6. 7.*

Promptus esse
debet in deci-
denda lite,

§. III. Ante omnia vero in iudice, debitis vir-
tutibus prædito, requiritur, vt promptus sit, in admi-
nistranda iustitia, sui copiam semper faciat, ac in-
corruptam iustitiam cuilibet celerrime quouis tem-
pore administret. Quid enim refert, iudicem existe-
re sapientem, eruditum, imo & iustum, si non dili-
gens sit, sed negligentia deditus, iustitiam segniter
tractet, moras nectat, & partibus, auxilium eius pe-
tentibus, illud præstare non omni tempore paratus
sit, sed ex leui sæpe causa, & ob propriam commo-
ditatem, id differat. Euidens sane est, quod finis,
ob quem iudicia constituta sunt, non solum non ob-
tineatur, si iudex omnem timorem Dei & pudorem
in tantum exiit, vt aperte iniustæ causæ faueat, &
iustitiam alteri denegat, sed & tunc, quando vni ex
litigatoribus, in concedendis iustissimis eius peti-
tionibus, varias remoras iniuste causatur,
atque illi vbique moras nectit; hinc enim vel litigan-
tes, ob tedium processûs in multos annos iam pro-
tracti, & ob impensas, quas vel iam impenderunt,
vel adhuc impendendæ essent, plane a processu, etiam
in medio victoriae cursu, desistere coguntur, vel in-
terdum commodissima occasione priuantur, quæ ius
suum cum effectu prosequi potuissent, quæ ipsis forte
nunquam rursus ita obuenit; vel alia ratione in damnum
aliquod incidunt, cuius restitutionem multis molestiis
& sumptibus ab altero petere coguntur. Multo
minus iudex lites protrahere debet, vt eo maiores
percipiat sportulas, vti quam sæpissime hodie fieri,
deploranda praxis ostendit: vbi si iudicibus eiusmodi
spor-

sportulæ non concederentur, sed ipsis sufficiens præstaretur salarium, vt honeste viuere possent, nullum dubium est, quin omnibus modis processus abbreviaturi sint.

§. IV. Sicuti autem de hac iudicum mora varia Occasio Dis-
 leges latæ sunt, quibus isti a vitando hoc & detestabili sertationis.
 vitio arcentur, si pœnam & restitutionem damni, per
 moram eorum dati, euitare velint, ita, cum thema
 aliquod, pro defendenda dissertatione inaugurali, ela-
 borandum mihi esset, & obseruassem, quod auctores,
 qui de mora scripserunt, vt plurimum tantum circa
 moram, quæ debitores & creditores in soluendis vel
 accipiendis debitis concernit, substiterint, & moram
 iudicis, quæque de illa in iure tradita sunt, vel sicco
 pede transferint, vel leuiter saltim tetigerint, non
 inutile futurum esse iudicau, si in hac materia, quæ
 in iudiciis quotidie fere obuia est, ingenii vires exer-
 cerem, atque, quid hac de re iustum sit, paulo ple-
 nius exponerem.

§. V. Cum itaq; de mora iudicis agere animus Mora iudicis
 fit, ante omnia, quid sub illa voce intelligam, dicen- definitur.
 dum est; scilicet nihil aliud, quam negligentiam iu-
 dicis & inutilem cunctationem in faciendo id, quod
 scit, vel scire debuit, sui esse officii. Vnde negli-
 gentia & mora fere synonyma sunt. Quotiescunq;
 ergo iudex id, ad quod ex officio obligatus erat, vel
 plane non facit, vel negligenter & non statim, toties
 moram committit. Hoc vero non in illo solum
 iudice obtinet, qui vi iurisdictionis ordinariæ in causa
 cognoscere, eamque diiudicare & exequi tenetur,
 sed

fed & in eo, cui cognitio vel executio causæ a superiore demandata est, vel in quem partes conferunt *arg. l. 29. C. de pact.* quorum prior commissarius, alter autem arbiter vocatur.

Quæ cunctatio moram faciat.

§. VI. Non autem quælibet cunctatio iudicem in mora constituit, iusta enim causa a mora illum excusat, Arum. *de mora cap. 6. per tot.* sed requiritur, vt nulla valida ratio dari possit, quare iudex in exequendo munere suo cunctatus fuerit, quodque adeo eius cunctatio iniustæ cunctationis nomen mereatur. Alias enim cauta & necessaria circumspectio in iudice maxime laudanda est, & ad eius officium omnino pertinet, vt causas mature rimetur, nec nimis præcipitanter & festinanter iudicet, Berlich. *p. 1. Concl. 7. n. 15.* Ziegl. *Dicast. Concl. 26. n. 1. & 2.* cum præcipitancia nouerca iustitiæ, & iuxta quorundam opinionem sententia, intra tam breue tempus lata, quo iudex verosimiliter acta perlegere non potuit, ipso iure nulla sit; cum ex hac breuitate temporis præsumatur, quod sit lata sine causæ cognitione, Berlich. *alleg. loc. n. 16.* quo etiam collimat. *l. 2. C. de sentent. ex breuiculo recitand.* cuius verba hæc sunt: *Hac lege perpetuo credimus ordinandum, vt iudices, quos cognoscendi & pronunciandi necessitas tenet, non subitas, sed deliberatione habita, post negotium sententias ponderatas sibi ante forment, & emendatas statim in libellum secuta fidelitate conferant, scriptasque ex libello partibus legant.*

Quotuplex mora sit.

§. VII. Iam videamus, qua ratione doctores, qui de mora agunt, istam communiter diuidant; sci-

scilicet in moram, quæ *ex re*, & quæ *ex persona* pro-
 uenit; hasq; moræ species, ita ab inuicem secernunt,
 quod in *priori* non requiratur interpellatio hominis,
 bene tamen in *posteriori*, quoniam in priori lex vel
 dies, contractui inserta, pro homine iam interpellat,
 Struu. *ad ff. Exerc. 27. §. 67. 68. ibiq; Müller. in not.*
 Verum hæc distinctio primario istam moram con-
 cernit, quam creditores & debitores in soluendis &
 accipiendis debitis inuicem committunt: sed videtur
 tamen, res eodem modo sese habere cum iudice, ita
 vt, ad exemplum huius distinctionis, alia quædam,
 huic non absimilis, respectu iudicis tradi possit. Nam,
 vti ex iure notum est, quod iudex in causis publicis
 & criminalibus quædam ex officio peragere possit,
 & debeat, etiam si desuper imploratus non fuerit, ita
 e contrario quædam sunt causæ, ciuiles scilicet, vbi
 iudex ex officio procedere haud potest, sed necesse
 est, vt imploratio vel interpellatio alicuius antecedit;
 Quando itaque iudex in illis, in quibus officium su-
 um non aliter, quam rogatus, impertiri potest, nihil
 agit, antequam interpellatus fuerit, tunc iniuste non
 cunctatur, nec moram committit; quando autem
 in exequendis illis, ad quæ vi officii iam obstrictus
 est, etiam si nulla imploratio vel interpellatio ante-
 cedat, est negligens, & non agit quod sui est offi-
 cii, tunc vtique iniuste cunctatur, ac proinde moram
 committit; quod, vt exemplo comproberur, pro-
 ducam illud, quod fere quotidianum & cuius ob-
 uium est; saepe enim certa quædam peccata & cri-
 mina ex communi fama fere omnibus & etiam ipsis
 iudi-

B

iudicibus nota sunt, constat probabiliter quinam rei sint, & iudex tamen sub prætextu, quod nemo vel actionem instituerit, vel rite actum denunciauerit, cessat inquirere in delicta, hic certe magnam committit moram. Sed hac de re pluribus agetur Cap. III.

Vnica interpel-
latio sufficit ad
constituendum
in mora.

§. VIII. Equidem sunt quidam doctores, qui moram, iudicis in moram *simpliciter* sic dictam, & moram *dissolutam* distinguunt, & trinam interpellationem requirunt, antequam iudex in mora dissoluta constitui, & ad restitutionem damni dati adigi possit; verum omni hæc distinctio destruitur fundamento; nulla enim lex trinam interpellationem præcise requirit, nec ratio vlla legis aut æquitatis naturalis dari potest, cur iudex triplici vice interpellari debeat, cum officium suum sponte & statim, ac imploratus est, impertiri debeat, ac eo ipso quo hoc intermisit, negligens sit. Præsertim, cum multi casus existant, ubi periculum in mora hanc trinam interpellationem non permittit. Vnde etiam vnicam requisitionem ad effectum, vt iudex negligens & in mora esse dicatur, sufficere, cum *Velasco Tract. de iudice perfecto Rubr. 15. Annot. 1. n. 28.* concludimus, quod etiam praxis seruat, conf. *Ziegl. Decis. Concl. 25. §. 12. Gail. libr. 1. Obseru. 28. §. 5. seqq.*

Refutat Ob-
iectio dissentientium.

§. IX. Vrgent quidem dissentientes, quod iuxta *cap. Administratores c. 23. q. 5.* iudices laici, si ab episcopis & ecclesiasticis viris de administranda iustitia conueniuntur, non prius communione priuentur, vel excommunicari debeant, quam si post secundam &

& tertiam admonitionem negligentes inuenti fuerint: verum hoc nihil facit contra nostram sententiam, nam illius canonis ratio, absque dubio in eo posita est, quod ad excommunicationem, tanquam extremum remedium, facile deueniendum non sit, sed omnia prius remedia leniora ad iudicem in viam reuocandum adhiberi debeant, de qua itaque excommunicatione ad alias minores poenas, & ad restitutionem damni dati, argumentari non licet: Sed vrgent forte summum iudicis fauorem & quod pro eo sit praesumptio: at respondeatur, tum maximus iudicis fauor est, cum promte suum facit officium, negligens nullo fauore dignus, & praesumptio cessat, vbi negligentia eius ex ipso facto apparet.

§. X. Notanter autem supra diximus, quod nihil referat, an iudex sciat, an nesciat, hoc vel illud eius esse officii, modo hoc scire debuit. Nam imperitia culpæ annumeratur *l. 132. ff. de Reg. Jur.* quæ regula in omnibus illis locum habet, quæ vt artifex quis suscepit *l. 9. §. pen. ff. locat.* vnde iudex, qui per imperitiam aut imprudentiam male iudicat, delinquere & litem suam facere dicitur; *§. 1. l. de Obligat. quæ ex quas. delict. nasc.* Quæ lex in praxi quidem fere nullibi obseruatur, sed optandum esset, vt in vsum reuocaretur, vt ita imperiti a iudiciis arcerentur. Nam talis iudex sibi imputet, quod hoc officium suscepit, quod humeris impar est, & in quo vnusquisque scire debet, imperitiam suam alteri fore damnosam *l. 8. ff. ad Leg. Aquil.* vt adeo quilibet iudex, qui iniuste cunctatur, siue ex dolo siue ex imperitia, hoc

Imperitia non
excusat Iudicem.

proueniat, in mora verferur. Sed quid dicendum de casu, si iudex qui alias satis peritus, & a Principe in prouinciam missus est, quando primo statim die aliquid omittit, quod facere debuisset, ob defectum temporis in consuetudines & statuta eius prouinciae inquirendi, an huic etiam mora debet nocere? Respondetur negando. Cum ipsi hoc casu nihil impulari possit. Aliud ergo si ipsi sufficiens spatium concessum fuit in statuta & consuetudines loci inquirendi.

Iudex ex mora
sua tenetur
partibus.

§. XI. Generatim ergo & in summa tenendum est, quod omnis mora, a iudicibus commissa, iis ipsis, non vero partibus nocere debeat, & iudex illis de omni damno, mora ipsius dato, teneatur, imo & puniri possit. Non solum enim hoc cum reliquis iuris capitibus conuenit, quæ volunt, quod delicta, cuius species mora est, Meu. P. 1. Dec. 316. puniri debeant, & suos teneant autores; quodue mora sua cuique debeat esse nociua, cap. 25. de Reg. Jur. in 6to. nec alteri per alterum iniqua conditio afferri possit; sed & ipsa æquitas & ratio publicæ salutis inculcat, vt eorum factis nobis non inferatur damnus, a quo auxilium petere necessum est, & vt, qui in officio negligens est, rite coerceatur & puniatur. Vnde & Doctores vnanimiter concludunt, quod iudicis mora parti non noceat, l. 29. C. de Pañ. Klock. P. 2. conf. 5. n. 7. Meu. P. 1. dec. 240. Berlich. P. 1. Concl. 74. n. 91. Gail. Libr. 1. Obseru. 28. n. 7. Id quod etiam in ipso iure Romano expresse constitutum in L. 29. C. de pañ. vbi ita loquitur Iustinianus: *Omnes itaque iudices nostri hoc in liti-*
bus

bus observent, & huiusmodi observatio & ad pedancos iudices & ad compromissarios & arbitros electos perveniat: scituros, quod si neglexerint, etiam litem suam facere intelligantur. Quod sane nihil aliud est, quam quod teneantur parti ad interesse. Conferatur Ziegler. *tr. de offic. iud. Concl. 25. §. 11. vbi §. 12.* Gabrielem Alvarez de Velasco refutat, quod is existimet iudicem non teneri ad restitutionem parti faciendam, nisi negligentia seu mora dolosa, aut dolo proxima fuerit; & contra ostendit, quod iudex non tantum ad latam culpam & leuem, sed & ad levisimam præstandam teneatur; idque ex *L. 4. ff. de Magistrat. conven.* vbi verbis expressis dicitur: *Magistratus in omne periculum succedit.*

§. XII. Illud vero ambiguum esse videtur, An etiam eius heredes teneantur? num etiam heredes iudicis ex mora eius conveniri queant? vbi si lis viuo adhuc iudice cæpta & contestata sit, res clara erit, quia tunc etiam actiones, ex delicto descendentes, contra heredes continuari possunt ex quasi contractu. Quid autem dicendum erit, si iudex litem contestatus nondum fuerit? equidem monuimus supra, moram delictum esse, vbi doctores communiter statuunt, quod actiones ex delicto descendentes regulariter contra heredes non dentur, ita vt sic videatur ad quæstionem propositam negando responderi debere, conf. Berlich. *P. 2. dec. 192.* At, non obstantibus hisce, nihilominus mihi affirmatiua placet, idque ideo, quia *l. 4. §. 7. 9. & 18. de damn. infect.* expresse habetur, quod ob moram, a iudice in exigenda cautione damni infecti comis-

fam, iudex teneatur, & actio in heredem perpetuo
 deur, quia rei perfecutoria est; ita vt inde non male
 colligi possit, quod delicta, quæ in omittendo con-
 sistant, & cuius species mora est, in heredes transe-
 ant; Beat. Dn. Brunn. *ad b. l.* accedit ratio, quod hic
 non ad pœnam, sed ad interesse partis, & damnum
 reparandum agatur. Vnde & maxime moribus
 germanicis partem læsam de damno dato actionem,
 vt in omnibus aliis casibus, ita & in hoc instituere
 posse existimo, quæ actio heredibus & in heredes
 datur, licet damnum dans litem non contestatus fue-
 rit: accedit quod iure canonico actiones ex delicto
 descendentes, si per delictum alteri damnum datum
 fit, aduersus heredes pariter admittantur *cap. s. x. de*
raptoribus, vbi de incendiario agitur; quid quod ipsa
 ratio naturalis hoc suadeat. Conf. Excell. Dn. Bodini
dissert. de lesione ex delicto defuncti ab herede præstanda
 & Illustr. Dn. Thomaf. *dissert. de larua leg. aquilia,*
detracta actioni germanorum de damno dato. Equidem
 videtur huic obstare expressus textus in *l. 4. ff. de ma-*
gistrat. conuen. ast lege recte inspecta non dicitur ibi,
 heredes magistratus plane non teneri, sed ita verba
 habent: *non similiter tenentur heredes magistratum,*
vt ipsi tenentur, & deinceps tantum additur, quod
 non ob maiorem culpam teneantur, quam heredes
 tutoris, h. e. ob latam: qui textus, quamuis de negli-
 gentia iudicis in exigenda a tutoribus cautione agat,
 ob identitatem rationis tamen recte etiam ad hunc
 casum applicari potest, ita vt heredes etiam tantum
 teneantur ob moram culpa lata commissam.

§. XIII. Id

§. XIII. Id tantum dubium circa arbitrum ad huc remouendum, quod moueri posset, inde quod §. V. dictum fit, & arbitros ex mora teneri, cum tamen inter illos & iudices magna fit differentia: atque cum iudex a superiore constituatur arbiter vero a partibus eligatur, hi sibi imputare debeant, quod diligentiolem & peritiolem arbitrum non elegerint. Verum nihilominus prior adhuc subsistit sententia; siquidem in arbitro eadem, quæ in iudice, requiruntur. Quodsi autem eam peritiam & diligentiam non habeat, non debeat se pro arbitro gerere, & artem profiteri, quam non intelligit. Eadem ergo in arbitro, quæ in iudice ratio est, quod quisque ex sua culpa & mora teneatur ad interesse, si in eo, quod suscepit, negligens fuit. *L. 32. §. ult. ff. de V. Obl. Brun-*
nemannus in Comment. ad d. L.

Dubium circa arbitros remouetur.

CAPVT II.

MORA IUDICIS IN CAVSIS CIVILIBVS.

§. I.

Postquam itaque in præcedenti capite de mora iudicis in genere dictum, nunc animus est ad speciales casus progredi, atque primo, quæ ratione iudex moram committat in iudicio civili. Hic autem statim ab initio muneris sui moram committit, quando illud iusto tempore non suscipit. Nam cum quotidie in republica negotia occurrant, quæ

De iudice in suscipiendo munere cunctante.

quæ iudicis præsentiam necessario postulant, hinc haud obscure patet, quod iudex in suscipiendo munere suo non iniuste cunctari, sed illud statim suscipere debeat, ac istud ei a principe delatum est. Dum enim iura priuata administrationi bonorum pupillorum tam caute prospexerunt, vt tutores, postquam tutelam sibi delatam esse nouerint, illam in continenti suscipere debeant, aut si hoc absque iusta causa intermittant, periculum non susceptæ administrationis in istos redundet *l. 20. §. 39. §. 6. ff. de administrat. & peric. iud. & curat.* quid nondicendum erit de iudice, cui administratio iustitiæ in republica demandata est, quæ eo maiorem curam, maioremue diligentiam requirit, quo maiora & irreparabilia inde damna ex negligentia eius administratione & in priuatos & vniuersam rempublicam redundare possunt.

Exemplo de-
claratur.

§. II. Hanc rem vt exemplo declaremus, ponamus casum: Titio in ciuitate aliqua munus iudicis a principe demandatur, quod ille se acceptare verbis declarat, nihilominus tamen iusto tempore in loco iudicii non compareret, sed alibi sine iusta causa latitat, & sui copiam non facit: contingit ergo, vt Meuius, qui Lucio duo millia thalerorum debet, dum in fuga est, per hanc urbem proficiscatur, multasque merces cum pecunia numerata secum habeat, iter suum in diffitas regiones continuaturus: Lucius cum huius notitiam esset consecutus, lætabatur de commodissima occasione, suum recuperandi a Meuius, quærit iudicem, vt Lucium aresto detineat, sed iudex nondum adest, & Meuius interim iter accelerat,

celerat, atque euadit, ita vt Lucius nullam spem creditum suum obtinendi reliquam habeat. In hoc itaque casu iudex parti plene satisfacere debet, nam in facto supponimus, quod Lucius debitum liquidum facere, & fugam Meuii in continenti probare, ac proinde arrestum de iure petere potuerit, iam autem nulla spes exigendi debitum supersit, sed sola absentia iudicis impediuerit, quo minus Meuius areftatus fuerit, & Lucius debitum suum recuperauerit; vbi iniquum esset, si absentia & mora iudicis creditori tanquam tertio nocere deberet.

§. III. Non solum vero iudex in suscipiendo munere suo moram committens, parti læsæ quoad interesse priuatum tenetur, sed & respublica, si ipsi exinde damnum aliquod contigerit, satisfactionem postulat; elegans hac de re textus habetur in l. 1. ff. *Si tutor vel curator magistrat. creatus appellauerit, si qui*, inquit ibi Vlpianus, *ad munera publica nominati appellauerint, nec causas probauerint, scient ad periculum suum pertinere, si quid damni per moram appellationis reipublice acciderit; quod si apparuerit, eos necessario pronocasse, cui adscribendum sit id damnum, praeses vel princeps aestimabit*, & hoc in tantum ampliatur, vt & heredes eius exinde teneantur, Brunnem. *ad l. vnic. C. Si post creationem quis decesserit, l. 2. C. Si tut. vel curat. magistrat. factus appell.* quod eo magis verosimile est, quia iuxta l. 39. ff. *de administrat. & peric. tut. & curat.* heredes tutoris, qui administrationem tutelæ iusto tempore non suscepit, de damno interea pupillo exinde dato tenentur, quapropter ab administra-

Tenetur & reip.
propter me-
ram.

C

nistra-

nistratoribus rerum priuatarum ad administratores rerum, quæ ad statum publicum spectant, non incongrue argumentari licet.

De iudice moram committente in publicis causis,

§. IV. Post susceptum autem munus iudex moram committit, quando in expediendis illis, quæ ad statum publicum spectant, negligens est. Sic v. gr. si ei demandatur, vt tributa, quæ ad conseruandam rem publicam a subditis contribuuntur, colligat, illud diligentissime exequi, aut omnia emolumenta, quæ hæctenus ex officio suo percepit, reddere compellitur, *l. 11. C. de annon. & tribut.* Collectas etiam non diu retinere, sed statim, quodcunque a prouincialibus fuerit exsolutum, sacris thesauris inferre tenetur *l. 7. C. de susceptor. prepositis & arcaariis.* In specie sub confiscatione honorum ipsi prohibitum est, ne in partibus dioeceseos suæ onusta nauigia, cum prosperior flatus inuitat, sub prætextu hyemis, immorari permittat, *l. ult. C. de nauicular.* interdum etiam mora eius poena dupli coërcetur, quando nimirum exactores tributorum diutius detinet *p. 6. C. de exact. tribut.* Peretz. *ad hunc titulum n. 6.*

In causis priuatis protelatione litium,

§. V. Quoad causas priuatas iudex moram committit, quando in causis ciuilibus lites protelat, ac illos immortales reddit, cum tamen eius officium exigat, omnibus modis prospicere, vt lites quam citissime finiantur; interest enim reipublicæ, vt lites minuantur, breuiterque decidantur, *l. 21. ff. de reb. cred. l. 12. C. de indic.* Hinc iam antiquioribus temporibus leges saluberrimæ latæ sunt, quibus iudices de adhibenda diligentia in administratione iustitiæ & vitanda pro-

da protractione litium sub comminatione poenarum admonentur, quo pertinet constitutio imperii de. an. 1548. sub tit. von Richtern / huius tenoris: Nachdem sich auch vielmahl begiebet / daß die Partheyen / so vor denen Gerichten in Rechtfertigung stehen / nicht ohne merckliche Beschwerde und Nachtheil zu zeiten durch die Richter gefährlicher und fürseztlicher Weise aufgehalten werden / so wollen Wir allen Obrigkeiten hierauff auferleget und anbefohlen haben / darinnen ein gebührliches Einsehen zu thun / und bey ihren Richtern zu verfügen / daß sie denen Partheyen auff ihr Ansuchen iederzeit schleuniges Rechtens förderlichst und unverzüglich helfen und mittheilen / bey Vermeidung ernstlicher und unnachlässlicher poen und Straff quæ confirmata postea fuit in recess. imperii de an. 1654. vbi §. 109. hæc verba leguntur: Wenn sich auch befinden würde / daß aus des Richters Ungeschicklichkeit und Versäumnis / Unerfahrenheit ic. zu iemands præiudiz, Nachtheil oder Schaden geurtheilet und gesprochen / das Recht versaget oder verzogen worden / so soll gegen der schuldhaften Obrigkeit so wohl / als deren Unterrichtern gebührende Straffe vorgenommen werden.

Imprimis notanda venit *l. Properandum 13. C. de Iudic.* vbi imperator constituit, quod omnes lites, siue de causis pecuniariis, siue super conditionibus, siue iure ciuitatum, siue iure priuatorum fuerint motæ, siue super possessione vel dominio, vel hypotheca, vel seruitutibus, vel aliis quibusdam causis, pro quibus hominibus inter se litigandum est, non ultra triennii

metas post litem contestatam protrahi debeant. Cum quibus convenit *Ordinat. Polit. Magdeb. de anno 1686. quæ cap. 2. §. 1.* sancit, quod iustitia sine vlla protractione vnicuique administrari debeat: quod & in *Ordinat. Process. Magdeb. de anno 1686. cap. 18. §. 5.* statutum, cuius verba ita se habent: Und wiewohl sonsten inter precessum ordinarium & summarium ein bekanter Unterscheid ist / soll doch die Magdeburgische Regierung und alle Untergerichte in dem Herzogthume Magdeburg und dessen Hoheit in Zukunft verbunden seyn / alle causas ordinarias, so wohl petitorii als possessorii iudicii, so viel immer möglich summarisch zu tractiren / doch daß ordo iuris Naturæ substantialis der Klage / citation, Antwort / Beweis und Gegenbeweis / deren publication vor der definitiv-sentenz beobachtet / der Proceß aber nach Gelegenheit und Wichtigkeit der Sache / zum längsten NB. in einem / oder zum höchsten zweyen Jahren bey willführlicher Straffe / die bis auff der Sachen Verlust nach Befinden / extendiret werden mag / zu Ende gebracht werden; quibus adiungendum est §. 1. cap. 9. dictæ Ordinat. Proc. Magdeb. vbi cauetur, ne iudex in causis rusticorum, non magni momenti, tædiosum & sumtuosum processum ipsi aperiat, sed vt sine libello scripto desideria eorum oretenus prolata audiat, eaque sine vlterioribus ambagibus decidat; quod institutum saluberrimum est, cum alioquin sumtus in processum impendendi sæpenumero qui ipsam rem, de qua inter istos litigatur, superant.

§. VI. Li.

§. VI. Licet itaque iam a multis annis ad com-
 pescendas meras & protelationes litium, quæ a iu-
 dicibus oriuntur, leges latæ sint, idque eo magis
 necessarium fuerit, cum iuxta *cit. l. 13. §. 1. C. de iud.*
 si iudices noluerint, nullus tam audax inueniatur,
 qui possit, inuito iudice, litem protrahere; in multis
 tamen adhuc prouincijs communis querela est, quod
 iudices, sportulis alleciti, processus protrahant, & sub-
 ditos diuturnis litigijs plane eneruent. Fatentur
 etiam Nathen, *in iussit. vulner. p. 2. Tit. 1. §. 1. n. 160.*
 alijs plures, quod supra allegata *l. 13. C. de iud.* con-
 suetudine Germaniæ antiquata sit, & praxis quoti-
 diana doceat, quod raro lites intra biennium vel
 triennium finiantur, imo sæpe intra hunc terminum
 ne quidem lis contestata sit. Optandum itaque esset,
 vt dicta *l. 13. C. de iud.* in vsum iterum reuocaretur,
 & §. 5. c. 18. *Ordinat. Proc. Magdeb.* sæpius etiam in pra-
 xim deduceretur, præsertim, quia per hanc non so-
 lum iudices inferiores, sed etiam ipsum illustre iu-
 dicium supremum ad finiendas lites intra biennium
 adiguntur, cum alias *l. 13. C. de iudic.* consistoria &
 suprema iudicia principis non stringere, doctores
 quidam existiment. vid. Nathen. *alleg. loc. n. 1.* Gail.
de pace publ. libr. 1. cap. 9. n. 15. Quicquid vero eius
 rei sit, id tamen omni iuri conueniens est, quod iu-
 dex, qui lites iniuste protrahit, & puniri & ad resti-
 tutionem damni per moram dati adigi possit & debeat,
 ceu id etiam supra allegatæ leges & constitutiones
 satis superque euincunt.

De pœna iudi-
 cis lites pro-
 trahentis.

Remedia contra talem iudicem morosum,

§. VII. Caueant itaque hic partes, vt iura sua intacta seruare diligenter curent, ne ipsis, post vulneratam causam remedium quarere necesse sit, vt pote quod nunquam sine multis molestiis & sumtibus inuenient; maxime propter potentiam iudicum, contra quos difficillima est executio. Hinc si animaduertunt, quod iudex inferior in exequendo munere suo negligens sit, ac litem quouis modo protrahat, media ista in tempore arripiant, quæ ipsis iura subministrant. Inter quæ tamen non refero, quod, si iudex secularis negligens sit, tunc adiri possit iudex ecclesiasticus; hic enim non potest se immiscere iurisdictioni alterius, Fontanella *dec. 336. n. 2.* & quod pontificii pro stabiliendo dominatu suo statuerunt, id a protestantibus asseri non debet, vt tamen fecit Carpzouius, citatus & refutatus a Dn. Præsidente, in dissertatione nuper habita, *de Orig. & Vsu iurisdictionis eccl. cap. 2. §. 8.* neque etiam in terris protestantium consistoria in istis causis, quæ iurisdictioni eorum non subiacent, cognitionem sibi arrogant, nec si in causis ciuilibus iudex inferior negligens fuerit, sibi cognitionem eius vindicant, sed hoc a superiori iudicio fieri solet; vt adeo hoc remedium in hisce terris nullius vsus sit, conf. Nathen. *Iustit. vulner. p. 2. Tit. 4. c. 4. per tot.* Securius ergo vtitur læsus imploratione iudicis superioris, eique moram & negligentiam iudicis inferioris modeste exponit, qui vel excitatorium vel auocationem actorum decernere, vel iudicem inferiorem iurisdictione sua quoad hanc causam priuare solet *l. 12. C. de Iudic. Mart. Proceff. Tit. 1.*

§. 1.

§. 1. n. 162. *seqq.* Gail. *Libr. 1. Observ. 28. n. 1. § 2.* Puniri etiam mora iudicis potest impositione mulctæ, l. 13. §. 8. C. de *Judic.* & si magna eius sit negligentia, totali remotione ab officio *Per l. 3. C. de Offic. Præf. Præf. Orient.* quo etiam collimant Constitutiones Imperii supra §. V. hui. cap. allegatæ & *Ordinat. Process. Magdeb. de Ao. 1686.* hæc omnia disertis verbis approbat *cap. 1. §. 9.* verbis: Würde auch jemand glaublich anzeigen/ daß der Unterrichter auff Ersuchen und anderweites Erinnern und Anhalten innerhalb Monatsfrist keinen Vorbescheid angesetzt / und weder güttliche Vergleichung / welche vor allen Dingen mit Fleiß gesucht werden soll / gepflogen / noch auch in richtig und klar befundenen Sachen verabschiedet / oder in zweiffelhaften und der Ausführung bedürffenden Fällen zu schleuniger Erörterung keine Veranlassung gemacht / und also entweder bald Anfangs / oder hernach im Proceß die Iustiz verzögert / oder verweigert habe / soll die Magdeburgische Regierung auff Anruffen der Parthenen erstlich monitoria ertheilen; fürders aber / da nicht mit Ernst zur Abhelfung der Sache gethan wird / solche gar an sich nehmen / den Unterrichter aber nach Befündung mit Straffe ansehen.

§. VIII. Porro iudex morosus est, quando in De mora iudicis in non exigenda cautione damni in seclis
 iis, vbi periculum est in mora, officium suum celerissime non impertitur, sed illud de die in diem iniuste differt. Sic v. g. si iudici denunciauerim, quod ædes vicini mei ruinæ adeo proximæ sint, vt quouis fere momento eam minentur, & petam, vt possessorem

forem harum ædium, aut ad refectionem earum, aut ad præstandam cautionem de damno infecto adigat, cum metuam, ne meæ ædes per lapsum ædium vicini mei simul lædantur, ille vero petito meo non deferat, sed iniuste cunctetur, interea autem ædes vicini collabantur, ac maximam partem ædium mearum simul deiiciant; Hic cum mihi contra vicinum non sit actio, utpote qui cautionem de damno infecto non præstitit, adeoque ne quidem ad rudera amouenda obligatus est, si ea pro derelictis habere malit, *l. 6. ff. de damn. infect.* Brunnem. *ad h. l. n. 1.* sine dubio iustum est, ut quod per moram iudicis mihi damnum datum est; ab eo resarciatur, per expressum textum in *l. 4. §. 7. & 8. ff. de damn. infect.* Molinæus *de Iustit. & Iure Tom. 6. pag. 204.* quod enim mora iudicis contingit, alteri nocere non debet. *Meu. p. 7. Dec. 240.*

In non decernendo arresto.

§. IX. Aliud exemplum, quo iudex in eandem moram incurrit, desumi potest ex eo casu quem supra §. II. *huj. cap.* proposui, mutata tantum hac circumstantia, quod iudex quidem in loco iudicii sit, & petitionem partis audiat, sed arrestum iuxta petita non decernat, ac illud in aliud tempus reiiciat, & hoc ipso debitori occasionem det, ut fugam capessere, & crēditorem eludere possit. Nam licet citatio regulariter inter substantialia processus referatur, ita ut illa absque vitio nullitatis omitti nequeat, Nicol. *Proc. cap. 3. n. 3. & 4.* ad arrestum etiam facile deueniendum non sit, cum sit remedium a iure communi exorbitans & odiosum *Meu. p. 3. dec. 315. n. 2. & 3. &*

§ 3. & species executionis, a qua processus inchoari non debet, Mart. *Process.* Tit. 51. §. 1. n. 41, 42, sed iudex aliquem iniusto arresto constringens, iniuriarum teneatur: Idem *ibid.* §. 3. n. 76, 77. Hæc omnia tamen fecus sese habent, in eo casu, vbi periculum in mora est, vtpote in quo sine citatione procedi potest, & legitimus processus omittitur, Meu. P. 2. dec. 237. n. 4. & 246. n. 10. & part. 3. dec. 164. n. 2, atque arrestum contra tales fugitivos decernitur, Mart. *Proc.* Tit. 51. §. 1. n. 48. Deuisset itaque iudex in casu nostro contra fugitiuum arrestum sine præuia citatione, aliisque ambagibus, concedere, quod cum iniuste denegauerit, parti ad interessè tenetur Berlich. p. 1. c. 74. n. 90. Eodem modo iudicauit in casu quodam illustris Facultas iuridica huius loci his verbis: Weil nach Anseitung derer Jurium, so bey voriger Frage angeführet / in dieser Sache nach Wechsel-Recht procediret werden müssen / welches die arrestirung der Person des debitoris mit sich führet / diese auch um so viel eher erkant werden sollen / weil der debitor dergestalt nicht possessioniret / daß seine Güter zur Bezahlung der gemachten Schulden zureichend gewesen / hiernächst Kläger / wenn mit der Verarrestirung wäre verfahren worden / allen Ansehen nach zu seiner Forderung / wo nicht gänzlich / doch größesten theils / gelangen können / indem der debitor alle Mittel suchen würden / sich von solchen arrest zu liberiren / indessen durch die in iudicio gemachte Verzögerungen es dahin gediehen / daß der

D

debi-

debitor Todes verbliehen / und also dieses medium consequendi debitum hintertrieben worden / aus denen Rechten aber befanndt / quod mora iudicis non debeat nocere parti, sed ipsi moram committenti,

L. 173. §. 2. ff. de R. Iur. cap. mora 5. de R. Iur. in 6to. Brunnem. Proc. ciu. c. 1. n. 56. Denais de Iure Can. tit. 33. n. 9.

ita vt iudex ad damni hac ratione dati reparationem sit obligatus.

Carpzou. p. 3. Dec. 270. n. 3. Coler. de proc. exec.

P. 1. cap. 2. n. 116. seq. Berlich. p. 1. Concl. 74. n. 90.
litem enim suam facit, & hinc obligatur parti alteri ad omne litis dispendium.

Ziegler. de offic. Iudic. concl. 45. §. 2. in fin. Martini ad Ordin. Proc. Sax. Tit. 1. §. 1. n. 17.

quando enim arrestum ex iure aut consuetudine consideratur, iudex tenetur illud imponere, & sine iusta causa recusans, denegata atque protracta iustitia reus est, atque actionibus, ob damnum inde illatum, ad interesse a parte conueniri potest, qua contra iudicem perperam iudicantem, aut qui litem suam fecit, reperta sunt,

Coler. de Proc. execut. cit. c. 2. n. 117. Carpz. p. 1. Const. 29. def. 24. Meu. Tr. de Arrest. c. 4. n. 11.

So erscheinet hieraus so viel / daß N. N. sich seines durch den verzögerten arrest erlittenen Schadens / an die N. Regierung zu erhohlen wohl befugt sey.
Idem dicendum est, quando quis ob instantem concursum creditorum pro consequendo iure reali & prioritatis arrestum petit, iudex autem moras necit,
in de

in decernendo arresto, vbi, si postea aliis creditoribus in concursu postpositus, & bona debitoris forte non sufficiant, atque ita suo credito carere debeat, sine dubio tenetur iudex; is enim ob moram quæ ius partis absorbet, ad omne interesse tenetur Berlich. *p. 1. c. 74. n. 91.*

§. X. Quemadmodum autem diximus, quod iudex in decernendo arresto nimis negligens parti ad interesse teneatur, ita viceuersa, quando arrestatus idoneam & sufficientem cautionem præstare vult, eaque admisibilis est, & sub hac relaxationem arresti petit; iudex autem in relaxando arresto moram committit, & huic petito deferre non vult, atque ipsum diutius iniuste detinet, & ad interesse tenetur, & iniuriarum actione conueniri potest. Neque sufficit, si dixerit, ipsi a iudice superiori ad instantiam actoris mandatam esse, quod arrestatum diutius in carcere detinere debeat, si videt, rescriptum hoc per falsa narrata sub- & obreptitie esse extractum. Nec obstat, quod iudex inferior rescriptis superioris parere necesse habeat, Meuius *p. 1. dec. 735.* nam illud de hisce rescriptis intelligendum non est, de quorum iniustitia, & sub- & obreptitia impetratione iudici inferiori aperte ex actis constat, ista enim attendere non debet: Meuius *p. 1. dec. 244. n. 7. p. 2. dec. 374. l. 7. C. de Prec. Imperat. offerend. c. si quando §. fin. de Rescript.* Vnde iudex in relaxando arresto moram nectens, non obstantibus hisce rescriptis, conueniri poterit. Elegans hæc de re est textus in *Ordinat. Polit. Magdeb. de Ao. 1688. cap. 7. §. 1.* vbi hæc verba habentur; **Da auch ein und**
andere

anderer sub- & obreptitiae etwas erhalten würde / soll es den Lauff der Justiz nicht hemmen / und der Richter dennoch in der Sache process-mäßig fortzufahren hiermit befehligt seyn. *conf. Ordinat. Process. Magdeb. de anno 1686. cap. 4. §. 8.*

In expeditione
des Muths-
scheins.

§. X. Notum est porro ex iure feudali, quod vasalli post obitum domini directi, intra statuta tempora, sub poena priuationis feudi, inuestituram petere, & fidelitatem isti spondere debeant, aut, si hoc ipsis, iustis ex causis, difficile sit, dilationem petere, quæ ipsis communiter concedi & in eius testimonium scriptura aliqua quæ vulgo Muthscheins appellatur, ex Cancellaria dari solet. Queritur itaque, si iudicium talem scripturam dare negligat, ac postea dominus feudum, tanquam ad ipsum deuolutum vasallo eripere velit, an eius intentio fundata sit? & statuumdum erit, quod non; ipse enim vasallus debitam diligentiam adhibuit, adeoque illi imputari non poterit, quod iudex in expedienda dilatione iniuste cunctatus fuerit, præsertim quia iudicem morosum & negligentem nemo cogere potest. Diserte hoc probatum est in *Ordinat. Polit. Magdeb. de anno 1688. cap. 8. §. 10.* vbi hæc verba leguntur: Im Fall dem Lehmann auch der Muthscheins zu rechter Zeit nicht gefolget würde / und es verstarbe der Lehns-Herr oder Lehmann immittelst / die Lehnsfolger aber beschetigten sonsten / daß die Muthung zu rechter Zeit geschehen / wozu ihm dann die Lehns-acta und Registraturen zur Durchsehung bey Unserer Magdeburgischen Canzley vorzulegen sind / soll ihnen der Mangel

Mangel des Muthscheins an dem Lehne nicht schaden. Quoniam autem ad perficiendam hanc probationem non raro multi sumtus impendendi veniunt, & ad illorum restitutionem iudicem adigi posse opinor, cum per moram suam, in expeditione des Muthscheins commissam, in causa sit, quod vasallus illos impendere debuerit.

§. XII. Potest etiam huc ille casus referri, si ad creditoris notitiam peruenerit, quod debitori fugituo aliqua pecuniæ summæ hic solui debeat, is etiam iudicem adeat, & inhibitionem, quo minus debitoris sui debitor huic soluat, petat, vbi iudex hanc inhibitionem citissime decernere, aut si moram nectit, & interea debitori fugituo pecunia soluitur, creditori ad interesse tenetur; Nec satisfacisse officio suo iudex dici potest, si inhibitionem hanc decernit, & tamen negligentia Actuarii, qui integras septimanas in describendis & expediendis iudicis decretis consumit, efficitur, vt interim fugitiuus pecuniam acceperit, & abierit; nam huius factum iudici merito imputatur, qui curare debet, vt decreta quam citissime expediantur & omnis mora cesset; iudicisque tales adhibeantur actuarii, qui & pares huic officio & in eo expediendo prompti sunt.

§. XIII. In obseruandis fatalibus processuum, vti mora, etiam minima, maxime periculosa est, & summum continet præiudicium, ita iudex in hisce casibus summopere diligens esse debet: ne suo facto & mora alteri fiat præiudicium; alias vtique illi, qui propterea damnum sentit, ad interesse tenetur. Huc

pertinet casus, si appellanti apostolos non dederit, tum enim parti non officit, quod illos intra fatale, reuoluiti apostolorum præfixum, non reuerit, sufficit enim illos petiisse. Quid autem dicendum erit de eo casu, quando nec pars, intra hoc fatale apostolos a iudice petiit, nec iudex dedit, annon tunc etiam appellatio pro deserta erit habenda; et dicendum videbatur, quod non, quia iudex in mora fuisse videtur: aut non iudex, sed pars hic in mora est; iudex enim non requisitus apostolos dare non tenetur, cum iudicis officium partis instantiam non excludat, sed potius præsupponat, nec iudex negligens dici queat, nisi institerit pars, & eundem implorauerit Klock, p. 3. Conf. 135. n. 210. & p. 4. Conf. 1. n. 27. Cum itaque ipse appellans in mora sit, non potest ei ob moram iudicis dari actio, moram enim non petit, qui in eadem mora est. Klock. p. 2. Conf. 60. n. 6. Appellatio itaque hic deserta est, non quia iudex nullos apostolos dedit, sed quia appellans illos iusto tempore non petiit, nec iudicis diligentia in dandis apostolis appellanti proficua fuisset, quando illos intra fatale non petiisset; quapropter iudici hic nihil tribuendum est, negligentia enim non imputatur, ubi diligentia nihil proficeret. Barbof. *Libr. 12. Cap. 8. Axiom. 15.*

In examinandis testibus.

§. XIV. Porro huc referri potest casus, si iudex in suscipiendis & examinandis testibus morosus & negligens sit, ita ut interim moriantur, vel longe abeant, ut iam eorum copia amplius haberi non possit; tunc enim si pars iusto tempore examen petie-

petierit, & iudex sine causa moram commiserit parti læsæ ad omne interesse tenetur *l. 19. c. de test. Ziegl. de offic. iud. concl. 25. §. 11.*

§. XV. Non solum vero iudex moram com- ^{In exequendo,}
mittere potest, quamdiu causa adhuc coram ipso ventilatur, sed etiam tunc, quando iam decisa & sic sola executio rei iudicatae superest. Videmus enim sæpe tum etiam iudices quandoque, vel favore ducti erga reum, vel ex negligentia moras necere, unde actori maximum nasci damnum potest. Cum tamen iudex, siue ordinarius, siue commissarius sit, cui executio sententiæ a superiori demandata est, illud agere debeat, vt res iudicata absque vlla iniusta tergiversatione executioni tradatur, modusque in legibus præscriptus exacte obseruetur; sin minus hoc faciat, iudex superior adeundus erit, qui executorem hunc morosum indicta pœna compellere, & si in mora obstinate perseveret, sub maiori pœna executionem ipsi iniungere potest. *Berlich. p. 1. concl. 79. n. 25.* quod etiam in *Ordinat. proc. Magdeburg. recogn. de an. 1696. cap. 46. §. 2.* expresse hisce verbis cautum: Diejenigen aber / welchen von unserer Regierung die execution eines rechtkräftigen Urtheils oder Abschiedes zu vollstrecken / committiret wird / es seynd dieselben verpoent, oder nicht / sollen auff Anhalten des obstiegender Theiles ohne Erwartung fernern Befehls verfahren / doch dabey in keine Wege excediren / gleichwohl auch sich keine unndthige Zweifel machen / vielweniger um des willen / und zwar bey Straffe säumiger execution, die execution-

cutiones anderer gestalt / als sie angeordnet und befohlen / verrichten / oder die angeordnete execution-terme wider des impetranten Willen gar aufheben ic. Idem quoad negotia imperii publica reperitur *in recess. imperii de an. 1654. §. 17.* Woserne aber ein oder der ander ausschreibender Fürst in mora exequendi wäre / soll derselbe vom Cammer-Gerichte hierzu per mandata executorialia angehalten / oder die execution einem andern Stand in dem Creyß / neben dem Creyß nach und zugeordnet / oder auch auff deren Verweigerung / dem ausschreibenden Fürsten des benachbarten Creyßes aufgetragen und von demselben unweigerlich vollzogen werden.

Tenetur hoc casu ad damni reparationem.

§. XVI. Non sufficit vero, quod ita iudex inferior ad exequendam rem iudicatam per mandata pœnalia, aliaue remedia cogi possit, sed dispiciendum etiam erit de eo casu, quando interea, dum iudex iniuste cunctatur, damnum aliquod accidit, quis hoc sentire deberet? Ponamus igitur, quod Lucius a Sempronio ædes aliquas iure dominii vindicauerit, & in causa obtinuerit; quoniam autem Sempronius hæc ædes sponte reddere recusât, ipsi hoc a iudice cum præfixo euentuali termino exmissionis iniungatur. Vbi hic appropinquat, reus varias obiectiones, sed fuitiles & iniustas mouet, iudex autem, licet iniustitiam harum obiectionum bene agnoscat, terminum exmissionis, inuito actore, in quatuor septimanas prorogat; intra hoc tempus autem Sempronii culpa hæc ædes flammis consumuntur, ita vt postea præ-

præter aream nihil actori tradi possit: equidem videretur, quod iudex hanc Sempronii culpam luere non debeat, quia ipsi in præcedentibus asseruimus, quod culpa sua cuiuslibet non tertio debeat esse nociua; verum cum hic mora iudicis præcedat, quod scilicet Sempronium vltra tempus in ædibus morari passus fuerit, nec illum tempestiue deiecerit, adeoque & illud criticissimum, quod causa causæ sit, etiam causa causati, hic quoq; applicari queat, hinc concludimus, quod talis iudex damnum, per moram actori datum, rescarcire debeat; aliter autem dicendum esset, quando ædes per eiusmodi casum fortuitum perissent, qui etiam ab actore, licet ædes iam possediisset, auerti non potuisset, hic enim casus actori tanquam domino noceret. Casp. de Valdaurop. *obseru. p. 102. n. 53, 55, 86.* Quod si reus tantum mobilia possederit, & interim quædam alio transtulerit, sine dubio etiam ad restitutionem tenebitur iudex.

§. XVII. Quoniam autem iudex non semper iudex competens istius rei est, in quem executio fieri debet, ideo aliquando accidit, vt iudex rei sitæ per litteras, vt vocant, mutui compassus, ad exequendo ne- hic in exequendo morosus est, tunc superior adeundus serit, quo eum ad faciendam executionem compellat; sin autem ipse superior requisitus hanc executionem recuset, repressaliæ erunt adhibendæ, quæ in hisce & similibus casibus omni iure licitæ sunt, Gail. *libr. obseru. 28. n. 9.* Berlich. *p. 1. c. 79. n. 28, 29, 30.* Et ita pariter iudicatum est ab illustri Facult. iurid. huius

E

huius loci in responsio supra citato, & quidem his verbis: Was aber den punct repressaliorum betrifft / ist bekant / das solche im Röm. Reich regulariter verbothen sind / und daher ein Fürst des Reichs wieder den andern sich derselben nicht bedienen / sondern das iudicium imperatoris imploriren soll / Carpz. p. 4. c. 16. def. 4. Gail. de pignorat. c. 2. n. 3. adeo vt nec statuta & consuetudines in contrarium valeant,

Limn. in iur. publ. libr. 4. c. 8. n. 324. Myler. de stat. imper. p. 2. c. 56. n. 3.

welches im gegenwärtigen fall um so vielmehr statt finden muß / da nicht von der Regierung zu N. die denegatio executionis ad ductum iuris cambialis geschehen / daher wider die Regierung züföderst bey dem Landes-Fürsten selbst geklaget werden muß / nam quamdiu adhuc alius iudex superest, ad repressalia non recurrendum,

Sixtin. de regal. lib. c. 2. n. 12. Reinking. de regim. secul. lib. 1. class. 5. cap. 6. n. 107. seqq.

Siernechst auch die iustiz selbst nicht versaget / sondern nur der verlangte modus administrandi iustitiam verweigert worden.

So mag daher mit denen repressalien noch zur Zeit nicht verfahren werden / im fall aber der Landes-Herr selbst diese Sache auf gechehenes Ansuchen von Sr. Churfl. Durchl. nicht remediren solte / so könte Höchstged. S. Churfl. Durchl. wegen Dero darunter verfirenden Lehen-interesse derer 20000. thrl. Lehngelder halber / wenn sie derer repressalien sich

sich gebrauchen solten / nicht verdacht werden /
cum iudici de facto procedenti, quorsum & is per-
tinet, qui iustitiam secundum leges receptas admi-
nistrare recusat, de facto resisti possit,

Per *L. 1. C. quand. lic. unicuique sine iudic. se
vindic. L. omnes 33. C. de decur. Menoch.
Remed. recup. pess. 8. n. 9.*

iudex enim talis induit rationem priuati,

Schurff. *Cent. 2. Conf. 58. n. 37.* Wesenb. *p. 1.
consil. 1. n. 46.*

& pro spoliatore reputatur,

Sixin. Vol. 2. Conf. Marp. n. 108.

Dahero mit demselben als einem priuato verfahren!

Wesenb. *d. Conf. 1. n. 47.*

und also endlich / zunahlen da periculum in mora,
und der Schaden per recursum ad aulam impera-
toriam nicht zu verhüten / durch die repressalien
Hülffe gesucht werden kan.

§. XVIII. In ipsa executione bona immobilia Fundum zum
debitorum præuia taxatione subhastari solent, vbi is, licito procla-
qui primo licitatus est, multa commoda pro subse- mare negli-
quentibus licitatoribus habet; quod si itaque iudex gente.
& hic moram committat, atque rem cum licito
primi licitatoris proclamare negligat, hæc mora
ipsi nocere non potest, sed nihilominus iura, pri-
mis licitatoribus concessa, integra conseruat, Phi-
lipp. *de subhastat. cap. 3. Comm. 14. n. 33. & 34.*

§. XIX. Solent denique debitores pro auer- Pecuniam de-
tenda executione & parcendis sumtibus executionis positam iusto
pecuniam aliquando iudicialiter deponere, quæ in tempore non
restituente.

iudicio tam diu asseruatur, donec, finita reconuentione, decisum sit, quis illam accipere debeat, ita, vt controuersia decisa, iudex eam victori restituere teneatur. Ponamusigitur aliquem causam obtinuisse, adeoque a iudice restitutionem pecunia depositæ exposcere, & quidem eo citius, quo maiorem habet occasionem aliquid eadem lucrandi, illum vero, moras nectere, & interim deficere occasionem, Hoc certe casu iudex ad omne interessè tenetur. Add. Klock. *Conf. 5. n. 7.*

in recipiendo
testamentum
moram com-
mittente,

§. XX. Antequam hoc caput concludam, casum adhuc adducam ex materia vltimarum voluntatum, quem in facto extitisse constat. Scilicet erat quidam morbo correptus, qui vltimam suam voluntatem iam in scriptis consignauerat, & personam quandam extraneam heredem instituerat; cum autem videbat, mortem sibi imminere, mittebat ad iudicem, vt cum scabinis veniret, & testamentum reciperet; verum, dum iudex aduentum suum per aliquot horas differt, interim vis morbi duplicatur, & testator moritur, antequam iudex venerit. Quærebatur ergo, annon testamentum pro valido haberi possit? aut an contra iudicem detur actio? Vbi illustre collegium Ictorum hic loci respondit, negando primam quæstionem, sed affirmando posteriorem; ideo, quod iudex manifestam hic commiserit moram, atque adeo omne damnum instituto heredi causatum, refarcire teneatur.

MORA IVDICIS IN CRIMINALIBVS CAVSIS.

§. I.

Actum est præcedenti capite de mora iudicis in causis ciuilibus, nunc videndum, sed paucis tantum & generaliter, quid iuris sit circa moram iudicis in criminalibus causis commissam. Quo maius autem hæ causæ præiudicium continent, præ illis, ita vnusquisque facile concedet, eo maiorem quoque curam & diligentiam imo & promptitudinem a iudice requiri in his causis, ne negligentia sua vel mora alteri imparabile, aut aliud graue dānnum inferat.

In criminali-
causis omnis
mora abesse
debet.

§. II. Quod si itaque qua ratione & hic mora a iudice committi possit, nunc specialius indagare animus est, primo omnium consideranda venit mora iudicis in inquirendo. Dum scilicet nouit, delicta hæc vel illa grassari quotidie, & nihilominus in ea non inquirat, cum tamen hoc ipsum officium eius exigat, ita vt tale quid omittens & moram neccens contra fidem iurato datam agat, ac ita periurus sit. Cum autem paucissimi hoc considerent, dum tristissima praxis comprobatur, in multis locis tam ingentia crimina publice peragi, & omnibus notissima esse, & tamen a multis iudicibus in ea non inquiri,

Mora iudicis
in inquirendo;

necessum erit, ea quæ sub hac mora iudicis continentur paulo penitius excutere.

Hæc fit duobus modis.

§. III. Sciendum itaque est, iudicem hanc moram duplici modo committere, si scilicet, vel plane non inquirat, nisi præuia accusatione vel denunciatione, vel etiam non in omnia delicta, sed multa libere vnicuius concedat, & ita impunita relinquat; De vtroque hoc casu nunc specialius agere instituti ratio postulat.

1) Si non nisi præuia denunciatione inquirat.

§. IV. Primo itaque, vt dictum, moram committunt iudices, quando non prius inquirunt, quam aliquis vel accusauerit, vel denunciauerit; imo, si quandoque corripiantur, excusationis loco dicere solent, neminem adhuc quidquam denunciaffe; quamuis fama publica apud omnes de hoc vel illo delicto increbuerit. Cum tamen omnium Dd. constans opinio sit, quæ & ipsa ratione naturali nititur, solam famam causam esse sufficientem ad inquisitionem; B. Brunnem. *in Process. Inquis. c. IV. n. 10. seqq.* Vbi primo in ipsam famam, deinde in veritatem facti, inquirendum. Quamuis enim alias sola fama non faciat fidem, nec semiplenam, interim ea sufficit ad hoc, vt in ipsam inquiratur; vt, si factum cum fama conueniat, reus debita afficiatur pœna, si vero falsa deprehensa, vel auctor eius puniatur, vel hoc ipso infamati innocentia demonstretur; Inde *in Consist. Crim. Carol. art. 214.* recte statuitur: Und wo der Beschädigte nicht peinlich klagen wolte / so soll dennoch die Obrigkeit die Thäter nichts desto weniger von Amteswegen rechtfertigen / und nach Gelegenheit der Person

son und Überführung straffen *ic. Idem statutum in Ord. Polit. Magdeb. de anno 1686. c. 59. §. 1. verb. Ob zwar Laster und Mißhandlungen der Gebühr nach zu bestraffen / und keine Obrigkeit hierinnen Nachsicht haben soll / ic. in Ord. Proc. Magd. de anno 1686. cap. 50. §. 4. Wenn kein Kläger vorhanden / soll eine Obrigkeit / bey Straffe 50. und mehr Goldgülden / auch wohl gar bey Verlust der Gerichte / wider die Verbrecher gebühlich zu inquiriren schuldig seyn.*

§. V. Deinceps & in eo mora fere in plerisque locis committitur, quod inquisitio quidem in delicta grauiora & grasstora, vti sunt, furtum, adulterium, homicidium, &c. instituat, sed varia delicta, quæ tamen vel leuiora non sunt, vel atrocissima crimina, vti mater filiam, gignunt, nec inquisitione, nec vlla animaduersione digna iudicentur. Quæ socordia iudicum & negligentia, eo maior est, quo magis illa diuinæ vindictæ iudicia in remp. trahunt. Vidit hoc pientissimus Ictus Brunnemannus, atque publice hanc peruersam consuetudinem improbauit in *Proc. Inquis. Cap. V. per tot.* vbi validissimis argumentis demonstrat, in omnia delicta contra vtramque decalogi tabulam commissa, inquirendum, eaque puniendæ esse, etiam illa, quæ vulgo sine vlla animaduersione permitti solent: Qualia sunt, blasphemix, periuria, male dicta per sacramenta, & alia execrationes & prophanationes diuini numinis, prophanatio Sabbathi, ebrietas, etiam legibus Imperii prohibita, tanquam mater maximorum criminum, crimina stellationatus, vsuraria prauitas & omnes causæ iniuriarum

II.) Si in quædam delicta plane non inquirat.

rum etiam verbalium. Hæc itaque si quis negligat, iudex, quis neget, eum contra officium suum peccare, & ita ob hanc moram puniri posse.

In ipso pro-
cessu mora
committitur in
arrestando reo.

§. VI. Ita ergo circa inquisitionem ipsam in genere mora committi potest a iudice: iam videamus, quibus casibus mora iudicis locum habere possit in processu ipso. Vbi primo omnium, quando nunc iudex inquisitionem instituit, & ex depositione testium videt, aliquem valde grauatum esse, delictum vero tale esse, quod pœnam corporis afflictiuam meretur, vel reus de fuga suspectus sit, tenetur eundem reali apprehensione in carcerem conicere, & ita arresto detinere. Quod si itaque hic moras nectat, & ita inculpato tempus & occasionem euadendi concedat, quin contra officium directo egerit, nemo facile dubitabit.

In non profe-
quendo fugi-
tuo.

§. VII. Vice versa, si iudex quidem in inquisitione negligens non fuerit, sed inculpatus, antequam iudex sufficientia ad capturam indicia habuerit, notitiam eius, quod contra eum inquiratur consecutus auffugerit, iudex sine mora eum litteris arrestatoriis, mit Steckbrieffen si negotium id exigat, vel aliis modis persequi tenetur. Quod si negligat, moræ & ita etiam culpæ reus est. Quo & ille casus pertinet, si iudici denunciatur, vbi latitet reus, ille vero non statim & promte id agat, vt eum capiat.

In differenda
speciali inqui-
sitione,

§. VIII. Notum etiam est, duplicem esse inquisitionem, vel generalem, vel specialem, illa inquiritur in delictum, & quis hoc commiserit, hac in personam generali inquisitione grauatum, vbi pariter in praxi

praxi moram committi a iudice quam sapissime obseruatum est, dum nimium in inquisitione generali moratur, nec ubi grauatus quis est sufficienter, statim ad specialem inquisitionem procedit, ac ita processum protelat. Quamuis enim in quibusdam locis, vt in Marchia Brandenburgica in altero extremo peccetur, quod processus statim ab inquisitione speciali incipere soleat, sine vlla mentione quibus fuerit iudicis grauatus; non tamen oportet etiam nimis diu inhærere inquisitioni generali, nec, vt saepe fit, sine vlla sufficienti ratione defensiones pro auertenda concedere. Vtpote quod ex falsa illa, & omni fundamento destituta, ac rationi naturali contraria, opinione descendit, quod inquisitio specialis infamet; quam opinionem publica lege improbari suo iam tempore Bruunemannus optauit. Noui equidem, quod in *emendata Ordin. Proc. Magd. c. 50. §. 3.* statutum sit, non debere institui specialem inquisitionem, nisi reus duobus testibus iuratis grauatus fuerit: Sed quot inde sequantur incommoda, dum delictis non semper adsunt testes, maxime quæ clam committuntur, vt adulteria, aliis iudicanda relinquo. Deinceps etiam ad hoc notandum, quod eiusmodi specialis constitutio extra fines provinciae non valeat, nos autem hic de iure communi agamus.

§. IX. Ita etiam in ipso processu, post institutam inquisitionem specialem, variis modis committere moram potest iudex, quos omnes hic recensere nolumus; ipsa vero praxis hoc comprobat, ubi processus per plures saepe annos protrahuntur, & in-

F

quiriti

In ipso pro-
cessu.

quisiti interim diuturno & duro carcere detinentur, cum tamen omnia breuissimo temporis spatio expediri potuissent; ita vt quandoque poena propter diuturnam incarcerationem mitigari vel plane remitti soleat. Carpz. *Pr. Cr. qu. 149. n. 43. seqq.* Vnde vero omnis huius mali causa est? inde scilicet, quod multi iudices officium suum adeo segniter faciant, & quidem tantum pro commoditate sua; cui accedit, quod hoc ipso etiam sportulæ crescant, & ita mora ditiores fiant.

In vsum reuocanda est L. 13. C. de iudic.

§. X. Verum hic optandum esset, ceu supra iam monitum, vt in vsum iterum reuocaretur, notissima illa *Lex Properandum 13. C. de iudic.* vbi imperator satis emphatice vrget, properandum esse, ne lites fiant immortales, & vitam hominum excedentes, vnde finiendis causis criminalibus biennium præposuit l. 2. C. *vt intra cert. temp. criminales quest. termin.* Conuenit cum eo ius Germanicum, si quidem in Constitutione Carolina art. 77. expressis verbis statuitur: *Unkosten zu vermeiden / setzen und wollen Wir / daß in allen peinlichen Sachen dem Rechte schleunig nachgegangen / verhoffen / und gefährlich nicht verzogen werde / quod etiam repetit. Ordinat. Process. Magdeb. de an. 1688. cap. 50. §. 11. Im übrigen ist wider die Gefangene schleunig zu verfahren / und die inquisition-processe ohne Ursache nicht eine Stunde zu versäumen.*

De mora iudicis in transmittendis actis, & exequenda sententia,

§. XI. Sed & in eo sæpe mora iudicis in praxi obseruatur, quod acta quandoque nimis sero transmittantur, & inquisitus interea in squalore carceris præ-

præter necessitatem detineatur: quod omnino officio iudicis aduersum esse, nemo sanæ mentis negabit. Imo & in executione sententiæ, quandoque mora committitur, quando illa ex friuolis causis a iudice differtur, quæ tamen promte decerni debet.

§. XII. Superest, vt nunc videamus, quid agendum cum eiusmodi iudice, qui ita moram in criminalibus admittit. Sane & hic tenetur ad satisfactionem. Vti enim si priuatis damnum mora sua dederit, tenetur, ad id reparandum, ceu capite II. dictum est, ita etiam, quando in criminalibus causis moram committit & negligens est, hoc ipso lædit rem publicam, adeoque propterea puniendus est: idque eo magis, dum ob talem negligentiam iudicum in inquirendo & puniendis delictis, Deus ipse ad vindictam excitatur; vti ex variis scripturæ locis comprobari potest, quæ adduxit Carpz. *Pr. Crim. qu. 101. n. 8.* Iam autem quæritur, qua pœna afficiendus sit? Olim quando iudices ex mora & negligentia intermiserunt punire delinquentes, quandoque eadem pœna in illos statuebatur, quam merebantur delinquentes: Interdum vero vel pecuniaria pœna, vel priuatione existimationis puniebantur; Vid. Ziegl. *tr. de Iud. Offic. Conclus. 25. §. 15.* vbi plures iuris textus adducit, Remouendos etiam tales iudices esse, qui propter moram & negligentiam inutiles sunt, statuunt imp ratores in *L. 3. C. de Offic. præf. prætor. L. 3. C. de Sport. add. L. 8. ff. de Custod. reor. & L. 3. §. 18. ff. de suspect. tutor. Carpz. l. 1. Resp. 53. n. 15. Ziegl. d. concl. 25. §. 10.* Imo Pau-

De pœna iudicis moram committentis,

44 CAP. III. DE MORA IUDICIS IN CRIM. CAUSIS.

Paulus Laymannus in *Theol. Moral.*, l. 3. tr. 2. c. 5. n. 7.
cum summa ratione existimat, iudicem, non tantum si partibus damnum dederit, ex mora & negligentia, id resarcire debere, sed eundem & fisco teneri ad eandem pœnam: v. g. si multam pecuniariam ex lege reo imponere debuisset, quam non imposuit. Tum enim fisco illud inferitur damnum, quod quia culpæ iudicis datum, ab ipso etiam resarciri debet.

Conclusio.

§. XIII. Hæc sunt, quæ in præsentī de mora iudicis disserere volui. Fateor equidem, illa longe plenius & fufius exponi potuiffē; sed fufficiat hic generalia tantum principia tradidiffē, ex quibus de cafibus omiffis fpecialibus facile iudicari potest. Læctoris vero æqui & boni iudicio omnia committimus, Deum precantes, vt excitet fummos iudices & principes, qui omnibus iis iudicibus, qui officium fuum feigniter & negligentem faciunt, obicem ponant, & rempublicam ab eiusmodi malis hominibus purgent.

S. D. G.





Halle, Diss., 1710 S

ULB Halle
003 768 961

3



TA 06

Neu Stk. 13^{er}







B. C. D.

1710 18

5 1/2

SSERTATIO IURIDICA IN AVGVRALIS
De

ORA IVDICIS,

Quam

RECTORE MAGNIFICENTISSIMO,
SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO,
PHILIPPO WILHELMO,
PRINCIPE BORVSSIÆ, DVCAT, MAGD.
VICARIO, ET RELIQA,

5 1/2

DECRETO ILLVSTRIS ICTORVM ORDINIS
PRAESIDE

O. SAMVELE STRYKIO, IC
SERENISS. VIDVAE SAXO-ISEN. CONSIL. AVL.
PROF. IUR. PVBL. ET ORD. ICT. h. t. DECANO,

PRO LICENTIA,

IMOS IN VTROQVE IVRE HONORES
DOCTORALIA PRIVILEGIA RITE CAPESSENDI

D. IV. Iulii A. R. S. MDCCX,

placidæ eruditorum disquisitioni submittit

HEDLIEB GOTTFRIED BRAND,
Cothen, Anhalt.

HALAE MAGDEBVRGICAE
LITTERIS SALFELDIANIS.